



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib.
XII**

Caesarius <Heisterbacensis>

Antverpiae, 1605

De poena sacerdotis, cuius animam parochiani sui agitauerunt in puteum,
cap. 6.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13177

suo, respondit: Totus ardeo: & cùm leuasset vestem
viliissimam, qua indutus videbatur, mox flamma eru-
pit, sicque cum ejularu dispergit. Huic adhuc viuenti
Deus, qui misericors est, ut eum à peccatis reuocaret,
aliquid gloriae suæ ostendit. In die quadam natalis sui,
in canone prioris missæ, voces suauissimas, cum me-
lodia dulcissima, quasi in cœlo euin audire permisit,
qui mox interrogans dominum Engilbertum, tunc
maioris ecclesiæ in Colonia Præpositu, nunc Archie-
piscopum, si voces easdem audiret, & ille se audiuisse
negaret, amplius mirabatur. In canone verò secundæ
missæ, nec non & tertiaræ, easdem voces, quæ diuersæ es-
san tætatis, audiuit. Cùm hæc recitata fuissent do-
mino Hermanno Abbatu loci sancte Marie, comitem
adiit, ex ore eius, quæ dicta sunt, audiens: inuocauit
que idem comes testem Deum, nihil se mentiri, hæc
addens cum juramento: Quia si adhuc semel mihi ta-
lia concederentur audire, omnibus meis paratus es-
sem abrenunciare. Modicum tamen cœlestis hæc cō-
solatio illi profuit, peccatis eius maximis impedienti-
bus. Puteus in quem missus est comes iste, ad memo-
riam mihi reuocat pœnam cuiusdam mali sacerdotis.

CAPV T VI.

ERAT in quadam villa sacerdos quidam miser-
timus, luxuriæ & comedationibus vacans, ani-
másque sibi cōmissas omnino negligens: qui
cùm mortuus fuisset, parochiani sub eo defuncti, saxis
comprehensis, in locis infernalibus illum jactare cœ-
perunt, & dicere: Tibi commissi fuimus, tu nos ne-
glexisti, & cùm peccaremus, nec verbo neq; exemplo
reuocasti nos, tu occasio nostræ damnationis fuisti:
quem cùm agitarent, lapides post eum mitterendo, ille
in puteum cadens, nusquam comparuit. Hæc cuidam
religioso de illo sunt ostensa.

Yy

CA